Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Exurgat deus deinde dicit Psalm⁹
et dissipentur inimici eius: et
fugiant qui oderũt eum à facie
eius. Sicut deficit fum⁹ deficiant: sicut
fluit cera à facie ignis sic pereant peccatores à
facie dei. Et iusti epulent⁹ et exultent
in conspectu dei: et delectent⁹ in letitia.
Cantate deo psalmum dicite nomini
eius: iter facite ei qui ascendit sup occa-
sum dñs nõen illi. Exultate in con-
spectu eius: turbabunt⁹ à facie eius pa-
tris orphanor: iudicis viduarum.
Deus in loco sancto suo: deus, q' inha-
bitare facit unim⁹ mor' in domo. Qui
educit vinctos in fortitudine: simili-
ter eos q' exasperant qui habitant in se-
pulchris. Deus dum egrederer' in conspe-
ctu populi tui: cũ pertransires in deserto.
Terra mota est: etenim celi distila-
uerunt à facie dei sinai, à facie dei isrl.
Pluuiã voluntariam segregab' deus:
hereditati tue et infirmata est: tu vero
perfecisti eam. Animalia tua habita-